



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitvlaria Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

34. De raptu ingenuarum mulierum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

LXXRI-
PVARIO-
XVM.

cim solidos, & ei qui causam prosequitur, quadraginta quinque.

IV. Quod si ipsam strudem contradicere voluerit, & ad januam suam cum spata tracta accesserit, & eam in porta sive in poste posuerit, tunc iudex fidejussores ei exigat ut se ante Regem presentet, & ibidem cum armis suis contra contrarium suum se studeat defendere.

XXXIII. *De interitare.*

I. Si quis rem suam cognoverit, mittat manum super eam. Et si ille super quem intertatur, tertiam manum querat, tunc in presente ambo conjurare debent cum dextera armata, & cum sinistra ipsam rem teneant. Vnus juret quod in propriam rem manum mittat, & alius juret quod ad eam manum trahat qui ei ipsam rem dedit. Et si infra ducatum est, super quatuordecim noctes auctorem suum representet. Si foris ducatum, super quadraginta. Si autem extra regnum, super octuaginta ad Regis stapplum, vel ad eum locum ubi mallus est, auctorem suum in presente habeat.

II. Quod si eum ibidem habere non poterit, sibi septimus in haraho conjuret quod eum ibidem legibus mannum habuisset, & sibi ab alio homine ipsa res tradita non fuisset. Sic ei placitum super quatuordecim seu super quadraginta vel octuaginta noctes detur, ut cine vverdu-niam suam in presentia testium recipiat, & ei qui rem suam intertavit, probabiliter ostendat. Et tunc ipse de furto securus sit, & ille qui intertavit, furtum & delaturam ab eo requirat qui solvere cepit.

III. Quod si auctor suus venerit, & rem intertatum recipere renuerit, tunc ille super quem intertata est capitale & delaturam atque furtum solvere studeat.

IV. Quod si in ipsa hora, quando res intertatur, responderit quod fordroneum suum nesciat, tunc in presente de sacramento sibi septima manu fidem faciat, & super quatuordecim noctes adjurare studeat quod auctorem vel casam seu postem januae auctoris sui nesciat, & ipsam rem sine damno reddat.

XXXIV. *De rapto ingenuarum mulierum.*

I. Si quis ingenuus homo ingenuam feminam rapuerit, bis centenis solidis noxius judicetur. Quod si tres ingenui cum ipso fuerint, unusquisque eorum sexaginta solidis noxius judicetur. Et quanti super illos quatuor fuerint, unusquisque

quindecim solidis noxius judicetur.

II. Quod si regius aut ecclesiasticus homo hoc fecerit, centum solidis culpabilis judicetur.

III. Similiter illi tres qui ei auxilium praeberint, unusquisque triginta solidis culpabilis judicetur. Et quanti super hos fuerint, unusquisque octavo semisolido multetur.

IV. Quod si servus hoc fecerit, de vita componat.

XXXV. *De eo qui uxorem alienam tulerit.*

I. Si quis uxorem alienam tulerit vivo marito, ducentis solidis multetur.

II. Si quis cum ingenua puella moechatus fuerit, quinquaginta solidis culpabilis judicetur.

III. Si quis ingenuam puellam vel mulierem, qua in verbo Regis vel ecclesiastica est, accipere vel seducere praesumpserit, seu parentum voluntate de mundeburde abstulerit, sexaginta solidis culpabilis judicetur.

XXXVI. *De diversis interfessionibus.*

I. Si quis Ripuarius advenam Francum interfecerit, ducentis solidis culpabilis judicetur.

II. Si quis Ripuarius advenam Burgundionem interfecerit, centum sexaginta solidis culpabilis judicetur.

III. Si quis Ripuarius advenam Romanum interfecerit, centum solidis multetur.

IV. Si quis Ripuarius advenam Alamannum, seu Fresionem, vel Bajuvarium, aut Saxonem interfecerit, centum sexaginta solidis culpabilis judicetur.

V. Si quis Clericum interfecerit, juxta quod nativitas ejus fuit, ita componatur. Si servus, sicut servum. Si regius aut ecclesiasticus, sicut alium regium aut ecclesiasticum. Si litus, sicut litum. Si liber, sicut alium ingenuum cum ducentis solidis componat.

VI. Si quis Subdiaconum interfecerit, quadringentos solidos componat.

VII. Si quis Diaconum interfecerit, quingentos solidos componat.

VIII. Si quis Presbyterum ingenuum interfecerit, sexcentos solidos componat.

IX. Si quis Episcopum interfecerit, nongentos solidos componat.

X. Si quis partum in femina interfecerit, seu natum priusquam nomen habeat, centum solidis culpabilis judicetur. Quod si matrem cum partu interfecerit, septingentis solidis multetur.

XI. Si quis vvergeldum solvere debet,

Lib. III.
Capitular.
cap. 35.